

Elemosina q  
cum fonte primo

Sunt qui pauperibus parum tribuunt  
ut amplius accipiant.

Que magis uenacio appellanda est quam elemosina.

Melius enim est non habere quod tribuas  
quam impudenter petere quod des.

Ieronymus in epistola.

sunt, qui pauperibus parum tribuunt,  
ut amplius accipiant,  
et sub praetextu elemosynae quaerunt diuitias:  
quae magis uenatio appellanda est quam elemosyna.  
sic bestiae, sic aues, sic capiuntur et pisces:  
modica in hamo esca ponitur,  
ut matronarum in eo sacculi protrahantur.  
scit episcopus, cui commissa est ecclesia,  
quem dispensationi pauperum curaeque praeficiat.  
melius est non habere, quod tribuam,  
quam impudenter petere.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52.9.2  
(CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.430-1, ll.14-16, 1-5).